Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6719
Copyright: <a href="https://creativecommons.org/licenses/by/4.0/deed.de" target="_blank">CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"></a>



270

pascha. Vespere autem facto
venit cum duodecim.
et discumbentibus eis
et manducantibus ait
ihus. Amen dico vobis
quia unus ex vobis me
tradet qui manducat
mecum. At illi ceperunt
contristari et dicere ei
singillatim. Nunquid
ego? Qui ait illis. Vnus
ex duodecim qui
intingit mecum manum
in catino. Et filius quidem
hominis vadit sicut
scriptum est de eo. Ve
autem homini illi: per quem
filius hominis tradetur:
Bonum erat ei si non fuisset
natus homo ille.
Et manducantibus illis.
accepit ihus panem:
et benedicit fregit et dedit
eis et ait. Sumite. Hoc
est corpus meum. Et ac
cepto calice gratias agens
dedit eis et biberunt ex
illo omnes; et ait illis.
Hic est sanguis meus
novi testamenti qui
pro multis effundetur. Amen dico vo
bis: quia iam non bi
bam de genimine vi
tis usque in diem illum
cum illud bibam novum
in regno dei. Et ymno
dicto exierunt in mon
tem oliuarum. Et ait eis
ihus. Omnes scandali
zabimini in me in ista
nocte; quia scriptum
est. Percutiam pastorem
et dispergentur oves.